

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Philippi Melanchthonis Grammatica Latina**

**Melanchthon, Philipp**

**Wittebergae, 1621**

Caput II. Syntaxis nominum intransitivum in genere

[urn:nbn:de:bsz:31-112308](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-112308)

△ Quid est Syntaxis Transitiva?

Est in qua voces, ex quibus constat oratio, ad diversas personas referuntur. *ut, Liber Ciceronis; Argentum vilius auro. Vir dignus laude. Verbero Davum. Davus verberatur ab hero.*

Dicitur & Syntaxis Rectionis.

## CAPUT II.

### SYNTAXIS NOMINUM

Intransitiva in genere.

#### REGULA I.

- 1.2. \* Adjectivum<sup>1</sup> & Substantivum,<sup>2</sup> eodem Genere, Numero, & Casu coherent.

ut:

*Amicus certus, in re incerta cernitur.* [ *Enn. apud Cic. Lal.* ]

3. *Tres<sup>3</sup> Equi. Quingve millia.*

*Nam tua res agitur, paries quum proximus ardet.* *Hor. st. lib. 1. ep. 18.*

*Forma viros neglecta decet.* *Ovid. l. 1. de arte.*

4. *Homo nihili,<sup>4</sup> nauci. Eiusmodi ingenia.*

† Nota. Participium Passivum inter duo Substantiva positum, regulariter cum Præcedente quoad Genus convenire debet. *ut:*

*Verbum factum caro; non facta.*

*Iullia nata homo; non natus.*

*Bonosus Imperator, quum vitam laqueo finisset, dictus est Amphora pendens;* [ *Flav. Vo. pisc. in vita illius* ] *non, dicta.*

REGU.



INTRANSITIVA.

241

REGULA II.

\* Relativum, <sup>1</sup> cum antecedente <sup>2</sup> Substantivo, necesse est Genere & Numero consentire. ut:

R. 2.

*Quo semel est imbuta recens, servabit odorem*

*Testa diu.* Horat. l. 1. ep. 2.

*Samia mihi mater fuit; ea habitabat Rhodi.*

Ter. Eun. 1. 2.

Casu autem convenire necesse non est.

Nam is sequenti Nomini, Verbo, vel Propositioni respondet. ut:

*Habeo tibi honorem, quo dignus es.*

*Accepi literas, quæ ad me scriptæ sunt.*

*Hic est liber, de quo quærebam.*

Exceptio.

† I. Relativum inter duo Substantiva diversorum Generum positum, tam <sup>3</sup> Sequenti, quam Antecedenti, rectè respondet.

3.

Antecedenti, ut passim extat. v. g. Ovid. 1.

Met.

*Unus erat toto natura vultus in orbe,*

*quem dixere Chaos.*

Sequenti. <sup>4</sup> ut: Sal. Catil.

*Est locus in carcere, quod Tullianum appellatur.*

4.

*Idem velle & idem nolle, ea demum firma est amicitia.* Salust. ib.

*Animal plenum consilii, quem vocamus Hominem.* Cic.

† II. Relativa Accidentis [ ut, *Qualis, Quantum, Quotus* &c. ] Genus, Numerum, & Casum

Q

Casum



Casum mutantur à Substantivis, quibus proximè cohærent. *ut:*

*Talis est civitas, quales sunt mores principum.*  
*Tanta cuiusque sunt bona vel mala, quantum est animus qui illa sustinet. Cic. 2. Tusc. qp.*

† III. Quum ad Verbum, vel totam orationem præcedentem, Relativum infertur; Neutro genere plerumque ponitur. *ut, In tempore ad eam veni, quod rerum omnium est primum. Ter. Heaut. 2. 3. Qui habet saltem, quod in te est. Ter.*

7. † IV. Quando Relativum *Qui, Quæ, Quod*, antecedenti Substantivo præponitur; venustè cum eo cohæret eodem Genere, Numero & Casu. *ut.*

*Quam quisque novit artem, in hac se exercent.*  
*Quæ prima innocentis mihi defensio est oblata, suscepi. Cic. pro Sylla.*

## REGULA III.

\* Substantivum cum Substantivo in eodem casu poni non potest, nisi per Appositionem.

1. \* Quid est Appositio? 1  
 Appositionem vocant, I. Quando duo vel plura<sup>2</sup> Substantiva, eodem Casu, absque Coniunctione, de eadem re dicuntur. *ut.*  
 Effodiuntur opes irritamenti a malorum. Ovid.  
 Marcus Tullius Cicero Consul. Nos poma.  
 Vinum absinthites, aromatites, &c.

II. Quando

II. Quando  
 Feminini Generis  
 tur Adjectivum  
 tum. ut:  
 Dra summum bo  
 Fama malam. q.

Nora. † I.  
 mobile; etiam  
 debent. ut: Gl  
 vidtrices, non v  
 non magistra.  
 Amatoris & Ne  
 ut: Aquila, rex a  
 rex reliquarum.  
 multorum.

† II. Si alt  
 gulare, alterum  
 tim si unum sit  
 alterum Appel  
 Adjectivum vel  
 Genere & Num  
 licia nostre, tu  
 Bucephalam, delicia  
 Nave, mercures,  
 Virg. l. Æn. Si  
 Genere autem dif  
 tur Adjectivum ve  
 præterito + Subst  
 spondet. ut:



II. Quando Substantivo Masculini aut  
Fœminini Generis Græcorum more addi-  
tur Adjectivum Neutrum Substantivè posi-  
tum. ut :

*Deus summum bonum, non nisi bene potest agere.*  
*Fama malum, quo non aliud velocius ullum.*

NOTA. † I. Si alterum substantivum est  
mobile; etiam Genere & Numero convenire  
debent, ut: *Gladius ultor, non ultrix. Lauri*  
*victrices, non victores: Usus magister artium,*  
*non magistra. Pecunia regina, non rex. Sed*  
*Famaois & Neutris, jungitur Masculinum.*  
ut: *Aquila, rex avium, non regina. Hec Apis,*  
*ex reliquarum. Tempus discipulus & magister*  
*multorum.*

Δ II. Si alterum Substantivum est Sin-  
gulare, alterum Plurale, vel contrà; præfer-  
ra si unum sit Proprium aut quasi Propriū,  
alterum Appellativum: tunc quod infertur  
Adjectivum vel Verbum, potius Singulari,  
Genere & Numero respondet. ut: *Tullia, de-*  
*licie nostræ, tuum munusculum flagitat. Cic.*  
*ucephalus, delicia Alexandri, generosus fuit.*  
*Nate, meæ vires, mea magna potentia solus.*  
*Surg. 1. En.* Si verò Numero conveniunt,  
Genere autem discrepant, tunc quod infer-  
tur Adjectivum vel Verbum, ei quod magis  
præ altero Substantivi locum sustinet, re-  
pondet. ut :

3.

4.

Q 2

Fama



244 DE SYNTAXI NOMINUM

*Fama, malum quo non aliud velocius ullum.*

*Parva metu primo. [non, Parvum.]*

*Quum duo fulmina nostri Imperii, Cneius & Publius Scipiones, extincti occidissent. Cic. Alexander & Caesar, duæ illæ aquilæ, quæ totum ferme orbem pervolarunt, usi sunt simbolo, μηδὲν ἀναπαύσασθαι.*

REGULA IV.

† Duo vel plura Substantiva, per Conjunctionem aut Præpositionem copulata, requirunt Substantivum vel Adjectivum plurale.

1. *ut:*

2. *Odium & metus, pessimi ad diuturnitatem custodes.*

*Dæmonem & Pythiam Pythagoreos, ferunt hoc animo inter se fuisse. Cic. 3. Off.*

*Fors eadem Ismarios Hebrum cum Strymone siccat. Ovid. 2. Metam.*

REGULA V.

† Interrogativum & Redditivum Nomina, Casu convenire debent, si ad IDEM Verbum respondetur, ut:

1. *Cuius est sententia? Ciceronis.*

2. *Quis me sequitur? Nemo. Ego. Nos.*

3. *Uter fratrum venit? Neuter. Petrus.*

3. *Quot annorum est? Trium.*

4. *Cuius interest? Nostrum omnium.*

4. *Quotuplum datur tibi? Triplum.*

4. *Quotus es in ordine? Primus, Secundus, &c.*

*Quæ*

INTR

*Quædem invenit? Cuius? Romanus*

Δ I. Quum cum aliis Nominibus Interrogativum dare contingit. Quanti emptus est? Cuius scilicet es? Quot annorum

Δ II. Quum

ritus; Possessoris; Possessiva autem Verbum ad quod Cuius est hæc oratio.

fr. Cuius puerum a Tuum Cuius pecuniæ an

Vog. Si verò ad D

tur; Cuius quocumque natura Verbi &

Quis fecit? Nescis. Quis me sequitur?

Cuius est hic Liber? Estne hic liber tuus?

Quis est auctor huius trivi. Præd

Quot habet annos? Quæ



*Qualem invenisti? Egrotum, Valentem, &c.*  
*Cuius es? Romanus, Europaeus, Mundanus.* 5.

Exceptio.

Δ I. *Quum* per Verbum quaeritur, quod cum aliis Nominibus alio Casu constructur; Interrogativum & Redditivum Casu discordare contingit. *ut.* 6.

*Quanti emptus est Liber? Duabus drachmis.*

*Cuius secta es? Sum Peripateticus.*

*Quot annorum est? Est quadragenarius. Est trimulus.*

Δ II. *Quum* per Pronomen *Cuius* quaeritur; Possessoris nomen Genitivo subicitur; Possessiva autem Pronomina eo casu, quem Verbum ad quod responderetur, requirit. *ut:*

*Cuius est haec oratio? Ciceronis, Mea, Tua, Nostra.* 7.

*Cuius puerum adduxisti? Pamphili, Meum, Tuum.*

*Cuium pecus? an Meliboei? Non. Verum Aegonis. Virg. 3. Ecl.*

† Si vero ad *DIVERSUM* Verbum responderetur; Casus quoque diversus esse potest, pro natura Verbi & totius phrasos. *ur:*

*Quis fecit? Nescio. Me laet.*

*Quis me sequitur? Neminem video [sc. Sequi.]*

*Cuius est hic Liber? Petrus est possessor.*

*Estne hic liber tuus? Non*

*Quis est autor huius libri? Audio Ciceroni eum tribui. Predicant autorem Ciceronem.*

*Quot habet annos? Est quadragenarius, Est trimulus.*

Q 3

IN



8.  $\Delta$  In Interrogationibus quæ per Verba<sup>s</sup> fiunt, idem est intelligendum; ubi commodissimè ad Personale respondetur per Personale; ad Impersonale, per Impersonale. ut:
9. *Scriptisti? Scripsi.* *Tunc fecisti? Non feci.*  
*An non dixi hoc futurum? Dixi.* Ter. And. 3. 5.  
*Quid agitur? Statur. Sedetur. Egetur acriter.*  
*Difcitur. Luditur.*

10.  $\Delta$  Similiter in Interrogationibus, quæ per Adverbia<sup>ro</sup> fiunt, commodè etiam per Adverbia eiusdem significationis respondetur, si modò vocabula suppeditantur. ut:
- Unde venit? Cœlitus. Desuper.*  
*Quò tendis? Huc. Isthuc, Illuc, Eò, Infrò, Foras.*  
*Quomodo vales? Benè, Malè, Mediocriter.*  
*Quando venies? Cras, Perendie.*  
*Quorsum cecidit? Dextrorsum, Sinistrorsum.*  
*Quoties audivisti? Ter, Quater, Quingvies, Decies.*

- $\square$  Sæpè autem fit, ut vel ex natura conceptus, vel si conceptus est idem, tamè vel ex inopia vocum, vel ex varietate phrasium; nec per Nomina, nec per Verba, nec per Adverbia, simili voce responderi possit. Tunc ergò ex sensu conformis<sup>11</sup> responsio est faciendâ, eaq; ex aliis Regulis Syntaxeos iudicanda. ut:
11. *Quis fecit? Nescio. Aiunt Scipionem fecisse.*  
*Chaream tuam vestem detraxit? Factum.*  
*Et pro te hic deductus est? Ita.* Ter. Eun. 4. 4.  
*Unde venis? Lipsiâ. E templo. Ex Anglia.*

Quomo-

Quomodo vales? A  
 Quo vales? Lipsiâ  
 Empium  
 Quotus es in ordi

C  
 SYNTA  
 Intend

A  
 † In Numeris  
 va in uniuersis  
 currunt; sed si  
 angentur. ut:  
 Amos ducentos  
 vixi. Or  
 Bin mille equite  
 Aliquoties cen

K  
 † Mille S  
 Cardinalibus v  
 Duo millia v  
 Centena mill  
 † Sed numer  
 sive Centena m  
 Adverbis auger  
 Ter millena milli  
 [Sexto, T



*Quomodo valet? Egrotat.*

*Quò vadis? Lipsiam. In templum. Ad patrem.*

*Emptum panes.*

*Quotus es in ordine? Occupo primum locum.*

## CAPUT III.

## SYNTAXIS NOMINUM

Intransitiva in Specie Numeralium.

## REGULA I.

† In Numeralibus nunquam duo Adjectiva in unius eiusdemq; digiti prolatione concurrunt; sed si opus<sup>1</sup> est, Adverbiis Numeri augentur. ut:

*Annos ducentos vixit. Annos bis<sup>2</sup> centum vixi. Ovid. l. 12. Met.*

*Bis mille equites. Bis millesimus annus.*

*Aliquoties centena millia Erratorum.*

## REGULA II.

† Mille Substantivum augetur numeris Cardinalibus vel Distributivis. ut:

*Duo millia virorum. Centum millia.*

*Centena millia. Millena millia.*

† Sed numerus, qui ultra Centum millia,<sup>1</sup> sive Centena millia, aut Millena millia est, Adverbiis augetur. ut: *Decies centena millia.*

*Ter millena millia. Tricies centum millia.*

[Sueton. Jul.]

2 4

Ab